

## VITA TERRENTII.

**T**erentius genere extitit afer cuius uero  
 carthaginensis. Reuertente autem Scipi-  
 one romam deuidta cartagine & interfecto  
 hannibale. Terentius qui cum alijs captiuus  
 deprehensus fuerat non ligatus manibus ante  
 currum illius ducebatur sed currum illius  
 pileatus sequebatur. Consuetudo enim erat  
 ut illi qui libertate donabantur currum pri-  
 cipis pileati sequerentur. Et quia iste tam  
 nobilitate q̄ sapientia pollebat. hac liberta-  
 te donatus est. Veniens uero romam cum  
 per aliquantum tempus ibi moraretur & au-  
 deret populum ad theatrum concurrere. co-  
 posuit quosdam fabulas ut populo placeret.  
 & eorum fauorem sibi conciliaret. Sed mul-  
 to aliter quam sperauit euenit. Nam exinde  
 multos emulos & inuidos contra se habuit. Qui  
 autem putant fabulas illius non constare me-  
 trica arte mentiuntur. Quoniam priscianus  
 & alij auctores in suis uoluminibus hoc demo-  
 strant. Etiam & exemplum quod promunt  
 ex eodem monstrat. cuius genere metra con-  
 stent. Ipse autem terentius in prologo prime  
 fabule poetam se nominat dicens. Poeta cum  
 primum. Constant enim carmina illius metro  
 iambico. Recitator uero istarum fabularum no-

